

## Sermo

quadragenas quinq̄es vna min<sup>9</sup> accepi.  
ter virgis celsus sum. semel lapidatus sū  
x̄. et addit si gloriari me oportet in his q̄  
infirmittatis mee sunt gloriabor. tales de/  
berēt esse milites christi sic omnia solidi.  
vt nec ipa morte possent ab hostib<sup>9</sup> terre  
ri. Unde dicit quis me sepabit a caritate  
christi x̄.

In purificatione Sermo. ix.

### Viderunt oculi

mei salutare tuū Luc. ij. Duo  
declarantur in verbo pposito  
que p̄mouent aiam ad salutē et ipam ad  
deuotionem inflamāt. vnū ex parte sub/  
iecti videntis. alterū ex parte obiecti vi/  
sibilis. Primo ex pte subiecti notat dila/  
ti desiderij p̄mentū. cum dicit viderūt  
oculi mei. p̄missū erat ei non visurum  
se mortē nisi christū videret natū et mani/  
bus cōtractatum. et ideo p̄cupiscens desi/  
derio lassabatur. q̄ spes que differt affli/  
git aiam. vt s̄: Prover. xij. Vidēs autē  
letatus est et desiderio cōquieuit et iuste.  
Nam vt habet Prover. xij. Desideriū  
si p̄pleatur delectat aiam sc̄z desiderantis  
Sc̄do ex parte visibilis obiecti prolati te/  
stimonij firmatum. cum addit. salutare tu  
um. hoc est illud salutare q̄ Jacob filios  
benedicens clamauit Genes. xlix. Salu/  
tare tuū expectabo dñe. cui<sup>9</sup> nam datio/  
nis ministeriū et p̄missionis beneficiū bo/  
die iustus ymeon testimonio reuelauit. p̄  
pter hoc sibi cōpetit illud p̄s. Adhuc con/  
fitebor illi salutare vultus mei deus me<sup>9</sup>.

**V**idit ergo viderūt oculi mei  
quid viderunt certe nobile illud obiectū  
quod est omnibus salutare. sc̄z dei filium  
nostra hūanitate vestitū. a patre delega/  
tum. a matre p̄sentatū. a me cum exulta/  
rōne susceptū hūc viderunt oculi mei. q̄si  
solem pulcritudine deliciosum. quasi fon/  
tem plenitudine gratiosū. quasi ducē alti/  
tudine generosū. quasi fratrem mansuetu/  
dine gloriosū. quasi iudicē rectitudie vir

tuosum. Nunc mi<sup>9</sup> hoc in ipsa diuina re/  
uelatōne cognoui. nam ex parte vtriusq̄  
parentis erat in ipō. Solaris plenitudo/  
decorans. Fontalis plenitudo dulcorans  
Regalis altitudo honorans. Fraternalis  
mansuetudo gratificans. Et iudicialis  
rectitudo coronans siue remunerās. Pri/  
mo viderūt oculi mei illū solē pulcritudi/  
ne deliciosum. ad cui<sup>9</sup> intuitū quasi tene/  
bris excitatus lumen aspexi. pensa igitur  
q̄ si dulce et delectabile est oculis videre  
solem Ec̄s. xj. Quanto delectabili<sup>9</sup> erat  
solem iusticie p̄templari. et licet mortales  
oculi solis huius nō sufferant claritatem  
p̄pter excessum radioz a q̄bus reuerbe/  
ratur acies oculoz sicut dicebatur moy<sup>9</sup>  
Exodi. xxxij. Non videbit me homo et  
viver. tū vt dulcius videretur et esset pro/  
portio visibilis ad videntē contempnuit  
se nobis nostra suscipiens et p̄p̄ia nō re/  
linquens. vt velata in carne videret. vt  
sa cognosceret. et cognita dulciter et de/  
lectabiliter amaret. et q̄ in illo puo quez  
aspexit suauem delectationē iuenit. ideo  
poterat dicere de iacob Senes. xxxij. Vi/  
di dñm facie ad faciem et salua facta est  
anima mea Jacob vidit in subiecta crea/  
tura. ille vero vidit in assumpta natura.  
Ille vt dimitteret est percussus in femore.  
Iste vt dimitteretur est letatus in corde.  
Ille genuit luctando. iste manib<sup>9</sup> ample/  
xando. vterq̄ beatus sed iste felicior q̄ su/  
scepit. Infelices aie que hui<sup>9</sup> solis vi/  
sione penniter spoliānt. de quib<sup>9</sup> s̄: Su/  
percecidit ignis sup. male concupiscentie  
sic aicit glo. interlunialis. et nō viderūt so/  
lē p̄s. Puto nihil posset eis infelici<sup>9</sup> cogi/  
tari. p̄pterea in p̄ona dānatoz s̄: Tho/  
bie. iij. Quale gaudiū mihi esse potest q̄  
in tenebris sedeo. et lumen celi non vido.  
subtrabe christū ab aspectibus beatorū et  
nulle eis videbunt deliciae celi. pone illum  
in inferno et damnati nihil vltius cōcu/  
piscunt q̄ tota merces glorie christus est  
p̄pter hoc petrus qui vidit ipm in monte

*De visione hui<sup>9</sup> q̄s gaudium p̄t vi/  
dere ipm*